

# CLEMENS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*



V M sicut accepimus dilectus filius Horatius Tursellinus Religiosus Societatis Iesu Historiam sacrę Domus Lauretanę, magno studio & diligentia conscripsérunt, & in lucem proferre ad piorum fidelium spiritualem consolationem intendat, dubitetque ne si omnibus huiusmodi Historiam imprimere liceat, illa mendis & erroribus repleatur. Propterea nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Horatium specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quamvis occasione vel causa latet, si quisbus quomodolibet innodatus existit, at effectū præsentū duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati eidem Horatio, ut ad decenium proximum, a primæua dictæ Historiæ impressione computandum, nemo tam in Urbe quam alibi, in toto statu nostro Ecclesiastico nobis, & S.R.E mediatè, vel immediatè subiecto, Historiam prædictam, tam Latino, quam vulgari Italico idiomate, ac tam in parvo, quam in magno folio imprimere, aut impressam vendere, seu venale habere, sine speciali dicti Horatij, aut ab eo causam habentium licentia, possit, auctoritate Apostolica tenore præsentū concedimus, & indulgemus. Ac propterea universis, & singulis vtriusq. sexus Christifidelibus præsertim libroru[m] Impressoribus, & Bibliopolis, ne dicto decennio durante, in Urbe, aut alibi, in dicto Ecclesiastico statu, mediatè, vel immediatè subiecto, Historiam prædictam in quocunque idiomate, sine speciali dicti Horatii, aut ab eo causam habentium licentia imprimere, aut impressa vendere, seu venale habere, vel propōnere audeant, seu præsumant, sub quingentorum ducatoru[m] auri de Camera, pro una Cameræ Apostolicæ, ac pro alia dicto Horatio, seu ab eo causam habentibus, ac pro reliqua tertij partibus accusatori, & Iudici exsequenti; nec non amissionis, & librorum & Typorum omnium prædicto Horatio, seu suis præfatis pariter applicandoru[m] poenis, eo ipso incurris inhibemus; ac dilectis filiis nostris S.R.E Camerario, ac Sedis Apostolicæ Legatis, Viceregatis, Gubernatoribus, & alijs Iustitiae ministris, ceterisque ad quos spectat, ut eidē Horatio, & causam ab eo habentibus supra scriptis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistendū, poenas prædictas contra quoscunque contradictores irremissibiliter exequantur mandamus. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quamvis firmitate alia robortis, ac priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorū, quomodo libet concessis, confirmatis, & approbatiss. Quibus omnibus & singulis eoru[m] tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus: ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem ut præsentū transumptis, etiam in ipsa Historia impressis, manu alicuius Notarij publici subscripsitis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem fides, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, adhiberi debeat. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum sub annulo Piscatoris, die V. Ianuarij. M. D. XCVIII. Pontificatus Nostrī Anno Sexto.

M. Vestrius Barbianus.